

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mundus g  
cum fonte primo

Quam rarus in terris qui possit dicere:  
portio mea. Et  
quam alienus a uiciis et quam segregatus  
a labe peccati qui nichil habeat  
commune cum seculo,  
nichil sibi mundi huius uendicet, non sit  
corporalium possessio cupiditatum,  
quem non inflammet libido, non stimulet  
auaricia, non lasciuia effeminet, non  
luxuria decoloret, non sternat ambitio,  
non maceret inuidia, non aliqua  
negociorum secularium cura sollicitet!

Ambrosius super Psalmos.

quam rarus in terris, qui possit dicere:  
portio mea dominus (Psa. 118:57),  
quam alienus a uitiis, quam segregatus  
ab omni labe peccati, qui nihil habeat  
commune cum saeculo,  
nihil mundi huius sibi uindicet, non sit  
corporalium possessio cupiditatum,  
quem non inflammet libido, non stimulet  
auaritia, non lasciuia effeminet, non  
luxuria decoloret, non sternat ambitio,  
non maceret inuidia, non aliqua  
negociorum saecularium cura sollicitet,  
uerus minister altaris, deo, non sibi  
natus!

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 8, 3 (CSEL 62, M.  
Petschenig ed., p.150, ll.6-13).